spectat mediante semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare Iuri parere respondere Damna praefata Terrestria simpliciter taxata hic re Inscriptioni praesenti satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seq ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequenter causae eiusdem Terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate Successorum Legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad Exercitum vel aliis quibusvis Dillationibus et legalibus impedimentis non differendo. ad quietationem Fori ea ultra proximos Officii praefati Castrensis Capitaneali Dobromilensis sive etiam Castrensis Capitanealis Praemysliensis Terminos Dillationem sibi non recipiendo nullasq Motiones Appellationes ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia Poenis simplicibus vel triplicatis Quasueribus Suspensionibus, fatalis Iuris praescriptione Terrestri bello Conventioneq ac aliis omnibus Iuris remediis et defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo. Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

1721

Feria secunda ante Festum Nativitatis Sancti Joannis Baptistae proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Primo

22/VI

Kulczycki Puzyatyckiemu obligat

1722 Comparens personaliter coram Officio et Actis praesen Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Rlus Basilius Kulczycki Szumilo, sanus mente et corpore existens à Terris, Districtibus, Iuribus Iurisdi-
740 ctionibusq suis quibusuis proprijs et competenti-bus recedendo, praesenti verò Castrensi Capi-taneali Premysliensi Iurisdictioni quoad Actu hunc attinet, seque Successoribus, Bonisq suis generaliter omnibus totaliter, et plenariè incorpo-rando atq subijciendo palam, liberè, publicè ac per expressum recognouit, Quia ipse Bona sua propria et haereditaria, videlicet tres agri sulcas in Bonis Villa Kulczyce Terra et Districtu praesenti Premysliensi iacentes et consistentes cum omni praemisso-rum Iure Dominio, proprietate, tituloq obligatorio, cumq omnibus et singulis eorundem Bonorum Sortium praefatarum vtilitatibus, fructibus, prouentibus, redi-tibus, commodis, emolumentis, obuentionibus attinentij-isque et pertinentijs generaliter vniuersis, nihil ex praemissis Iuris, Dominij, proprietatis ac cuiusuis com-petentiae et praerogatiuae pro se Recognoscente suisq Successoribus, aut quopiam alio reseruando seu ex-cipiendo, verum ita latè longè, circumferentialiterq pro-ut eadem Bona Sortium praefatarum ipsemet Recognos-cens tenuit habuit et possidebat ipsumq concernebant ac eidem legitimè seruiebant, Iam ex nunc et de facto Nobili Procopio Lutzyaycki Michnowicz eiusq Posteris in Summa Viginti Florenorum Polonicalium vam per se Recognoscentem Leuata et percepta de qua praesen quietatur, hinc et ab Actu praesen ad Diem et Festum Conuersionis Sancti Pauli Apostoli

in Anno Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Tertio 1793

proxime et immediate venturo incidens, et in defe-
ctu protunc eorundem Bonorum Sortium memoratarum
exemptionis, Summæque memoratæ viginti Florenorum
Polonicalium totalis et integræ realis persolutionis
ex hinc de Triennio ad Triennium, Festo ad Fe-
stum pro simili Die et Festo Conversionis Sancti Pau-
li Apostoli se se determinans Trienniis et Festis se
se continue et immediate sequentibus, usque ad exem-
ptionem Bonorum eorundem, Summæque memoratæ tota-
lis et integræ realem et effectivam persolutionem
obligavit, inscripsit, et invadiavit, prout obligat,
inscribit et invadiat præsentibus: In quæ quidem
Bona Sortium memoratarum præmissaque omnia præ-
sentibus per se Recognoscentem obligata et inva-
diata, iam ex nunc et de facto is idem Recognoscens
Ilis Basilius Kulczycki Kumito, Ofato Nobili
Procopio Putyaycki Michnowicz Obligatario Suo
eiusque Posteris, coram Officio præsenti dat et admit-
tit Realem Intromissionem, et Actualem pacificamque
Possessionem per Ministerialem quemcunque competentem
et Nobiles duos die quacunque voluerit officiose acce-
ptandam: per ipsum obligatarium suum, ipsiusque Po-
steros, hæc eadem Bona, præmissaque omnia, præsentibus
invadiata, cum universis eorum Utilitatibus, et usu-
fructibus attinentiisque et pertinentiis generaliter omnibus,
tenendi, habendi et possidendi, illisque quiete et paci-
fice utifruendi, ac ad usus suos suorumque Successo-
rum quosvis beneplacito libere et effectualiter
convertendi, modo ac Iure obligatorio, Debet et
tenebitur memoratus Recognoscens Ilis Basilius

1724 Kulczycki Szumilo, prout se ac suos Successores, in et super Bonis suis generaliter omnibus, summisq pecuniariis quibusuis habitis et habendis, eidem suprascripto Nobili Procopio Retyatycki Michnowicz obligatario suo inscribit et obligat presentibus, ipsum et eius Successores in dictis Bonis, promissisq omnibus presentibus per se Recognoscentem inscriptis et ratione eorundem omnium ab omni et quavis impetitione iuridica, quarumcunq personarum cuiuscunq Conditionis, Status et Sexus Hominis existentium exoriunda in omni Judicio et Officio Regni, semper toties quoties opus fuerit tueri defendere, eximere, intercedere et eliberare, indemnemq cum Posteris reddere; nec non haec eadem Bona, praemissaque omnia presentibus per se Recognoscentem obligata et inuadiata, ab omnibus in genere Juribus et Inscriptionibus prioribus et posterioribus super praemissa omnia modo quovis cuiuscunq personarum factis et faciendis, tum etiam à quibusuis Citationibus super eadem Bona suprascripta, modo quocunq importatis et importandis, Luciis deniq et Perluciis Processibusq Juris quibusuis in quocunq puncto et gradu Juris dependentibus, et in quouis Judicio et Officio Regni obtentis et obtinendis, ac super promissis omnibus presentibus obligatis perductis et perducendis emundare et eliberare mundaq et libera semper facere, ac etiam Intromissionem praefatam coram Officio presenti admissam in fundas Bonorum eorundem presentibus inuadiatorum, dum per Ministerialem competentem et Nobiles duos Officiose requiretur non denegare,

imò debebit et tenebitur eandem libere dare et effectualiter admittere, dataq et admissa eadem, Possessionem et usumfructum præmissorum omnium præsentibus invadiatorum quovismodo tam per se, quam per suas quasvis submissas et subordinatas personas non præpedire nec adimere, ipsumq obligatarium suum et illius Posteros in præmissis omnibus præsentibus obligatis, nullo modo inturbari, ita ut hæc eadem Bona præmissaq omnia præsentibus invadiata idem obligatarius suus cum suis Posteris, quiete et pacifice, præsentis Inscriptionis obligatoriæ vigore, tenere habere et possidere queat, illisq uti frui possit, usq ad Exemptionem Bonorum eorundem, summæq memoratæ totalis et integræ, realem ac effectualem persolutionem, idq sub Vadiis similis summæ Viginti Florenorum Polonicalium per eundem Recognoscentem Nobilem Basilium Kulczycki Szumilo, sive eius Successores, suprascripto Nobili Procopio Putiatycki Michnowicz Obligatario suo ipsiusq Successoribus, ob non completionem præmissorum omnium et singulorum tam in parte quam in toto, toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo, Prout quidem Vadio modo præmisso ad solvendum succubitur, ac pro re aliqua principali ex præmissis non completa complenda, citatus existens memoratus Recognoscens Nobilis Basilius Kulczycki Szumilo, sive eius Successores ad instantiam præfati Nobilis Procopii Putiatycki Michnowicz obligatarii sui, vel eius Successorum ad Officium præsens Castrense Capitaneale Premysliense ex hinc recessu suprascripto, quoad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis Termino

1726 tanquam peremptorio stare, Iuri parere, respondere, Vadium Cq̄ fatem Luere, Inscriptioni praesenti satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seq ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus, illum Terminum primum peremptorium, et alios omnes exinde consequentes, Causas eiusdem Terminos semper peremptorios vera infirmitate, pro Maiori Minorennitate, Successorum, legatione intra vel extra Regnum, servitio militari ad munimenta ad Evictionem vel aliis quibusvis Dillationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem praeterea vltra proximos Officii praefati Castrensis Capitanealis Premisliensis Terminos, Dillationem sibi non recipiendo, nullasq Motiones, Appellationes, accersi prosecutiones faciendo ac praemissa omnia Poenis simplicibus vel triplicatis, Evasionibus, suspensionibus, fatalibus Iuris, praescriptione Terrestri bello Conventioneq ac aliis omnibus Iuris remediis et defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo. Atque sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Alius Kulczycki Putyatyckiemu Michnowiczowi Obligat

141 Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Dlis Basilius Kulczycki Tuluczek, sanus mente et corpore existens, a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusq suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Pra